

que potius fuisset : אָתֶשְׁתּוֹ וַתֵּלֶד וְנוּ יְוָלֵד אֶת אֲשֶׁר impregnavit uxorem suam, quæ peperit &c. Insuper illud videtur involvere tempus , quo de patre dici potuit חַוָּלִיד בֶּן או בָּת genuit filium seu filiam , id vero sub primum imprægnationis tempus cognosci à quoquam mortalium non potuit. Ex quibus omnibus facile colligitur , חַוָּלִיד eandem cum יְלֵד obtainere signif. partum sc. non concipiendi, sed edendi. Et prout illud pro diversitate subjecti parere modo , modo gignere , ita & hoc idem significare in propatulo est. vide Ies. 59. 4. Nec ipse auctor multum refragatur dicto jam significatui, faltem illum non penitus excludit , quando ib. in tab. sup. cit. ait: vox textus שְׁנָתִים duobus annis non ponit secundum annum completum ; Et tamen ad hoc quoque fatisfieri potest. Nam id quod Sem anno 100. completo fecit, fecit ut Arphachsad pareretur anno à diluvio secundo completo. Denique quando ibid. scribit Semum anno 100. completo , circa medium anni 101. genuisse Arphaxadum verbis sequentibus : Sem in hisce mensibus (7. sc. ac ss. anni 602. Noæ) potuit gignere nondum natus annos 101. juxta Gen. 11. 10; Phrasin Scr. non videtur assicutus, quæ perhibet Semum בֶּן מֵאַת שָׁנָה gennisse Arphachsadum , quæque non infert annum completum , sed currentem , ut ita loquar , & nondum finitum. Nam בָּנָם quando cum nominibus temporis ætatem describit ita , ut nomini temporis sit nomen numerale adjecitum , semper denotat annum nondum absolutum , veluti docet Gen. 17. 12. coll. cum Lev. 12. 3. Luc. 1. 59. & Act. 7. 8. it. Gen. 17. 1. conf. eruditæ de his differentem B. Seb. Schmid. de Circumcis. p. 159. ss. itemque Kœnig. in vind. p. 497. ss. Queis observatis illa

Aben